Text Mense Ianuario / Incepi legere XII. Ianuarii / Die 12 Orsus a X. 23 Caput XV, Libri 1. Samuelis, perduxi Caput ad finem una cum sequenti XVI, XVII. / Die 13 Non legi ob funes Consulis Maioris / Die 15 Absolvi Caput XIIX, XIX. / Die 16 Absolvi Caput XX progressus ad versum 6, exclusive Caput XXI / Die 19 Ianuario a X. 6. Caput XXI exorsus ad finem illud perduxi / Die 20 Absolvi Capites XXII, XXIII, XXIV / Die 22 Non legi. Mutatio ViceRectoratus / Die 23 Absolvi Capita XXV, XXVI / Die 26 Absolvi Capita XXVII, XXIX. / Die 27 Non legi ob funus studiosi cuiusdam / Die 29 Absolvi Capites XXIX, XXX. / Die 30 Non legi, visitatus a quodam peregrino / Gerhardus Titius Doctor

Quelle 37 Alt 2490, Fol. 46

Zeitraum 03.02.1657–27.02.1657

Text MDCLVII / Mense FEBRUARIO / Die 3 Februario Finem imposui priori Libro SHMUZeis. Reliquis huius septimanae diebus non legi, meditatus Prooemium in sequentem librum. / } Die 9 [et] Die 10 Februario Non legi, Initium quadragesimae. / Die 12 Exorsus sum SECUNDUM SAMUELIS librum προσιμιάζων / Die 13 Primum Caput enarravi. / Die 14 Enarravi Caput II, usque ad X. 29 caput III, exclusive. / Die 16 Orsus a X 29 Caput, adieci caput IV, et V, usque ad vers 8, execlusive. / Die 17 À X 8 Caput perrexi ad finem capitis VI. / Die 19 Absolvi Caput VII. / Die 20 Absolvi Caput VIII et IX. / Die 23 Absolvi Caput X et XI. / Die 24 Non legi ob disputationem inauguralem iuridicam. / Die 26 Orsus Caput XII perduxi ad ϶neris exclusive./ Die 27 Reliquum Capitis XII ad finem perduxi. / Gerhardus Titius Doctor.

Quelle 37 Alt 2490, Fol. 47

Zeitraum	02.03.1657–12.03.1657
Text	MDCLVII / Mense MARTIO / Die 2 Non legi, quod sacro baptismati a meridie advocatus essem. / Die 3 Absolvi Capites XIII et XIV, usque ad versum 15 exclusive. / Die 5 Absolvi reliquum Caput XIV / Die 6 Caput XV, usque ad versum 27 exclusive / Die 9 Absolvi residuum Capitulum XV. usque ad versum 5, Caput XVI. / Die 10 Perrexi in eadem Capite XVI usque ad X 21 eiusdem, exclusive / Die 12 Absolvi versiculos reliquos Capitis XVI, una cum Capite XVII usque ad versum 24 exclusive. / Ab hoc tempore tussi et raucedine ita afflictus sum, ut clare prologui per aliquot septimanas non potuerim. / Gerhardus Titius Doctor.
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 48

Zeitraum	20.04.1657–24.04.1657
Text	Anno MDCLVII â festo paschatos usque ad festum Iohannis / Mense APRILI / Die 20 Aprilis, ad lectiones reversus sum. Exorsus â Capitulo XVI Libri II. SAMUELIS versu 10, perduxi usque ad vers 20, exclusive. / Die 21 Aprilis â x 20, Capitulum cil. Perrexi ad x 24 capitulum sequens XVII / Die 23 Non legi, ob Disputationem iuridicam inauguralem. / Die 24 Non legi, ob funus Academicum. / Sequenti septimana non legi impeditus tussi et raucedine. / Gerhard Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 51 f.

Zeitraum	04.05.1657–29.05.1657
Text	Anno MDCLVII / Mense Maio / Die 4 Maii legi, Ortus a ♃ 24 Capitulum XVII, libri II SAMUELIS per duxi ad ♃ 10 Caput XVIII de nece Absolonis / Die 5 Maii legi. Perrexi a ♃ 10 Capitulum XVIII usque ad eius finem. / Die 7 Maii Non legi ob festum Ascensionis. / Die 8 Maii legi. Perrexi ab initio Capitis XIX usque ad X 31 exclusive / Die 11 Maii Non legi quod sub hora lectionis compellabar a peregrino / Die 12 Maii Legi et absolvi residuum Capitulum XIX, addito etiam Capite sequente XXmo / } Die 14 [et] Die 15 legi, et absolvi Capitula XXI et XXII. / Sequenti septimana non legi ob festum Pentecostes / Die 25 Maii Finito festo redii ad Lectionem. Absolvi capitulum XXIII. / Die 26 Ob consistorium publicum non legi / } Die 28 [et] Die 29 Legis absolvi Capitulum XXIV et ultimum posterioris Libri SAMUELIS / Gerhardo Titius doctor.
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 50

Zeitraum	15.06.1657–24.06.1657
Text	Anno MDCLVII / Mense Iunio / Prioribus diebus sestimanis non legi, quod Bibliopola Batavus venditionem librorum publicum sub auctione, ut vocant, permissu Academio instituisset. Cui auditores omnes erant intenti. / Die 15 Iunii Ad lectiones reversus dixi quaedam προσιμιάζων ad priorem Regum Librum. / Die 16 Iunii Contiunuavi id ipsum. / Die 18 Absolvi caput 1 prioris Regum. / Die 19 Iunii Absolvi capp. II., et III. / Die 22 Absolvi Caput IV. / Die 23 Absolvi Caput V. et indicata summa eorum quae in Capitibus sequentibus de fabrica templi Salomonis continentur, perrexi ad usque caput sequens Octavum. / Die 24 Festum Iohannis / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 49

Zeitraum	02.01.1658–30.03.1658
Text	ANNO MDCLVIII / Cum die decimo et quarto mensis Ianuarii, Scheninga quo ob vitandum pestis contagium cum familia concesseram reversus essem, auditores pene nulli ad aliquot septimanas aderant. Cum autem paullatim se nonnulli colligerent, reversus sum ad praelectiones. / MENSE MARTIO / Legi die octavo, nono, undecimo, duodecimo, decimoquincto. Decimo-sexto propter summam frigoris asperitatem non legi. Perrexi die decimo octavo, decimo nono, vigesimo secundo, vigesimo tertio. Die vigesimo quincto propter festum annunciationis Mariae non legi. Legi rursus die vigesimo sexto. Vigesimo nono autem et trigesimo propter nundinas non legi. / Disputavi semel publicè de Iustificatione, Disputationis ipse autor. / Praelectionum materiam designavi ad mensem Iunium. / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 109

Zeitraum	28.02.1658–07.06.1658
Text	Anno MDCLVIII / MENSE IUNIO / Reversus ad operas post PENTECOSTES festum, legi die septimo et octavo, decimo et undecimo. Decimo quarto item, decimo quincto, decimo septimo, decimo octavo, vigesimo primo et vigesimo secundo. FESTUM SANCTI IOHANNIS / Mensibus MARTIO, APRILI, MAIO explicavi sicut in Catalogo promiseram, selectiora quaedam ulterius Testamenti loca, plus minus duodecim, inter quae integri quidam Psalmi Davidici, et integra capita Esaiae, omnia de Messiâ, eius adventu, officio, Persona, statu examinationis et exaltationis agentia. Mense IUNIO, cum auditorum numerus excrevisset, reversus sum ad enarrationem posterioris Regum libri, orsus â capite eius undecimo, ubi sub disputatione Academica substiteram. Quando ad finem perduxerim, alibi, ad mensem nempe Iulium, indicatum. / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 112

Zeitraum	02.04.1658–30.04.1658
Text	ANNO MDCLVIII / MENSE APRILI / Legi die secundo et tertio. Per hebdomaden, mesuam [?] non legi, quod editioni cuiusdam scripti paullo acrius incumbendum esset. Legi deinde post PASCHATOS festum, die decimo-nono, vigesimo, vigesimo-secundo et vigesimo-tertio. Vigesimo item sexto et vigesimo septimo. Vigesimo nono non legi propter funus academicum. Trigesimo autem legi.
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 110

Zeitraum	03.05.1658–28.05.1658
Text	Anno MDCLVIII / MENSE MAIO / Legi die tertio. Die quarto non legi, quod nuptiis interesse oporteret. Legi rursus die sexto, septimo, decimo. Non legi die indecimo et decimo tertio, quod peregre ad nuptias profectus essem. Decimo quarto die legi, ut et decimo septimo et decimo octavo. Die vigesimo non legi propter festum ascensionis Domini, sicut nec vigesimo primo, quod incideret Disputatio iuridica inauguralis. Legi rursus die vigesimo quarto, non autem vigesimo quinto, quod iterum nuptiis interesse oporteret. Die vigesimo septimo et vigesimo octavo legi. / Festum PENTECOSTES.

Quelle	37 Alt 2491, Fol. 111
Zeitraum	01.07.1658–02.08.1658
Text	ANNO MDC â festo IOHANNIS, usque ad festum MICHAELIS / MENSE IULIO / Die primo non legi, ob consistorium privatum, nec secundo propter festum visitationis Mariae, nec quinto propter consistorium publicum, nec sexto propter nuptias quibus oportebat interesse. Die octavo et nono legi. Die duodecimo et decimo tertio non legi propter nundinas. Legi die decimo quinto et decimo sexto, decimo nono item et vigesimo, quo secundum Regum librum absolvi. Ex eo meditatus interea Prooemium et Commentaria in Canticum Canticorum Salomoneum cessavi usque ad diem decimum mensis AUGUSTI. / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 103
Zeitraum	10.08.1658–31.08.1658
Text	ANNO MDC â festo IOHANNIS, usque ad festum MICHAELIS / MENSE AUGUSTO / Die decimo exorsus sum enarrationem cantici Salomonei, et perexi die duodecimo, decimo tertio, decimo sexto, decimo septimo, decimo nono, vigesimo, vigesimo tertio, vigesimo sexto, vigesimo septimo, trigesimo, trigesimo primo. / Gerhadus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 104
Zeitraum	02.09.1658–30.06.1659
Text	ANNO MDC â festo IOHANNIS, usque ad festum MICHAELIS / MENSE SEPTEMBRI / Legi die secundo et tertio. Sexto et septimo propter nundinas non legi. Legi versus die nono, decimo, decimo tertio, decimo quarto, decimo sexto, decimo septimo, vigesimo, vigesimo primo. Vigesimo tertio propter Disputationem Iuridicam inauguralem non legi. Legi vero iterum vigesimo quarto, vigesimo septimo, vigesimo octavo. FESTUM MICHAELIS. / In expositione Cantici perveni ad caput quinctum. A fine Mensis IULII usque ad festum MICHAELIS habui decem disputationes publicas. / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 105
Zeitraum	04.10.1658–29.10.1658
Text	Anno MDCLVIII / A festo Michaelis usque ad festum Nativitatis Christi / MENSE OCTOBRI / Die quarto et quinto ob pluviorum nimis tempestatem non legi. Legi autem die septimo, exorsus caput quinctum Cantici Salemonei; die item octavo et undecimo. Die duodecimo non legi propter funus cuiusdam studiosi. Legi iterum die decimo quincto. Die decimo sexto propter orationem publicè in festo Academiae horâ pomeridianâ tertiâ habitam non legi. Legi autem rursus die decimo octavo, decimo nono, vigesimo primo et vigesimo secundo, vigesimo item quincto. Die vigesimo sexto non legi. Legi autem rursus die vigesimo octavo et vigesimo nono. / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 106
Zeitraum	02.11.1658–09.11.1658

Text	Anno MDCLVIII / Â festo Michaelis usque ad festum Nativitatis Christi / MENSE NOVEMBRI / Legi die primo et secundo. Tertio propter Disputationes Inaugurales Medicam non legi. Legi iterum die quincto, octavo, nono quo expositioni Cantici Salomonei finem imposui. Intervenerunt tum nundinae et venditio Bibliothecae viri cuiusdam doctisimi, sub auctione publicè instituta, quae protracta est ad Dominicam usque Adventus. / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 107
Zeitraum	06.12.1658–26.12.1658
Text	Anno MDCLVIII / Â festo Michaelis usque ad festum Nativitatis Christi / MENSE DECEMBRI / Die sexto coepi dicta quaedam Veteris Testamenti quae de Nativitate Mesiae vel agere putantur vulgo, vel revera agunt enerrare. Die nono non potui pergere propter Consistorium publicum. Legi verò die decimo. Decimo tertio propter Disputationem inauguralem iuridicam non legi. Legi deinceps die decimo quarto et decimo sexto. Ex quo raucedo et alia molesta symptomata me invaserunt, et per aliquot septimanas usum sermonis interceperunt. /Disputationes publicas tres ex ordine habui. / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 108
Zeitraum	18.01.1659–31.01.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Ianuario / Exorsus sum denuo lectiones die decimo Octavo / Legi die[bus] vigesimo, vigesimo primo, vigesimo quarto, vigesimo quinto, vigesimo septimo, vigesimo octavo et trigesimo primo / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.106; 117
Zeitraum	03.02.1659–10.03.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Februario / Legi die[bus] tertio, quarto [et] septimo / Octavo propter nuptias quibus intereram non legi / Perrexi die decimo, undecimo, decimo tertio / Decimo quarto et decimo quinto propter hospitem quendam non legi / Reliquis quoque deinde diebus propter partum uxoris, eius morbum, et secuta inde plura impedimenta cessavi ad usque decimum Martii diem / Gerhardus Titius
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.105; 117
Zeitraum	10.03.1659–29.03.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Martio / Legi die[bus] decimo, undecimo, decimo quarto, decimo quinto, decimo septimo, decimo octavo / Vigesimo primo et vigesimo secundo propter nundinas non legi / Perrexi autem vigesimo quarto, vigesimo octavo et vigesimo nono / Exposui tribus his mensibus loca Prophetica insigniora undecim de Nativitate et Passione Messiae Domini nostri / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.104;118
Zeitraum	20.04.1659–29.04.1659
Text	Anno Christi MDCLIX / Mense Aprili / Die vigesimo primum exorsus sum

praelectionem Controversiarum fidei, iuxta ordinem sessionum et Decretorum Concilis Tridentini / Legi deinceps die Vigesimo secundo, vigesimo quinto, vigesimo sexto, vigesimo octavo et vigesimo nono / Gerhardus Titius Doctor

Quelle 37 Alt 2492, fol.103

Zeitraum 02.05.1659–31.05.1659

Text Anno Christi MDCLIX / Mense Maio / Legi die secundo / Tertio et quinto propter nuptias non legi / Perrexi autem statim die sexto / Diebus, nono propter solennem supplicationem publicam / decimo propter Disputationem Inauguralem iuridicam duodecimo propter festum ascensionis Domini cessavi / Legi autem rursus die[bus] decimo tertio, decimo sexto, decimo septimo, decimo nono [et] Vigesimo / Secuta sunt feriae Pentecostales et venditio aliqua librorum, sub auctione publice instituta, quae lectiones aliquantisper intercesserunt / Gerhardus Titius Doctor

Quelle 37 Alt 2492, fol.102

Zeitraum 06.06.1659–30.06.1659

Text Anno Christi MDCLIX / Mense Iunio / Legi die[bus] sexto, septimo, nono [et] decimo / Item, die decimo tertio et decimo quarto / Decimo sexto propter Disputationem medicam inauguralem, et decimo septimo ac vigesimo propter consistoria publica cessavi / Perrexi post iterum die vigesimo primo et vigesimo tertio / Vigesimo quarto incidit festum Sancti Iohannis / Post illud praelegi die vigesimo septima et vigesimo octavo / Diem trigesimum intercepit venditio librorum publica / Proposui his mensibus, Prooemium de occasione coacti Concilii Tridentini ipsiusque illius Concilii qualitate / Post illa pertractavi ad sessionem Concilii quartam sequentes quaestiones 1) de autoritate scripturae in ordine ad cognitionem hominis Christiani / 2) de sufficientia sacrae scripturae et Traditionibus Papisticis / 3) De Canone librorum Veteris Testamenti / 4) de authentia vulgatae versionis latinae / 5) de lectione Sacrae Scriptionis in linguas vernaculas conversae laicis non prohibenda / 6) de perspicuitate sacrae scripturae / Gerhardus Titius Doctor / docet hora 3 post meridiem

Quelle 37 Alt 2492, fol. 101

Zeitraum 04.07.1659–29.07.1659

Text Anno 1659 / Mense Iulio / Legi die quarto / Die quinto propter mutationem ViceRectoratus / die septimo propter Disputationem inauguralem medicam non legi / Legi autem rursus die octavo / Die[bus] undecimo et duodecimo propter nundinas non legi / Statim autem perrexi die[bus] decimo quarto, decimo quinto, decimo octavo, decimo nono, vigesimo primo, vigesimo secundo, vigesimo quinto, vigesimo sexto, vigesimo octavo [et] vigesimo nono / Gerhardus Titius Doctor

Quelle 37 Alt 2492, fol.112

Zeitraum 01.08.1659–30.08.1659

Text Anno 1659 / Mense Augusto / Legi die primo et secundo / Tertio propter Disputationem inauguralem medicam non legi / Legi vero iterum die[bus]

	quinto, octavo, nono [et] undecimo / Duodecimo die propter Disputationem iuridicam inauguralem cessavi / Perrexi postea die[bus] decimo quinto, decimo sexto, decimo octavo, decimo nono, vigesimo secundo, vigesimo tertio et vigesimo quinto / Vigesimum sextum diem iterum Disputatione iuridica inauguralis intercepit / Legi interum die vigesimo nono / Trigesimo promotio Doctoralis in Facultate iuridica excusavit / Gerhardus Titius / Doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol.111
Zeitraum	02.09.1659–29.09.1659
Text	Anno 1659 / mense Septembri / Legi die secundo / Reliquos dies quintum, sextum, octavum et nonum nuptiae et amicorum quorundam visitationes exemerunt / Perrexi autem rursus die duodecimo / Decimum tertium pluviosa tempestas eripuit / iterum autem statim perrexi die[bus] decimo quinto, decimo nono vigesimo, vigesimo secundo, vigesimo tertio, vigesimo sexto, vigesimo septimo / Festum Michaelis / Proposui his mensibus has quaestiones 1) de Iudice Controversiarum fidei / 2) de infallibilitate R. Pontificis / 3) De Concupiscentia in baptisatis restituta [an] sit verum peccatum / 4) an Beata virgo sine peccato originali sit concepta / 5) an vox iustificandi forensem habeat significationem / 6) an peccata vere tollantur in iustificatione Christi redemptoris iustitiae / 9) an homo post iustificationem maneat peccator? / Disputationes publicas duas habuit, de Iudice Controversiarum fidei et infallibilitate Romani Pontificis / Gerhardus Titius Doctor / De aeterna praedestinatione quorundam hominum ad gloriam.
Quelle	37 Alt 2492, fol.110
Zeitraum	03.10.1659–31.10.1659
Text	Anno 1659 a festo Michaelis / Mense Octobri / Legi die[bus] tertio et quarto / Diebus sexto, septimo, decimo, undecimo, decimo tertio et decimo quarto propter tussim et raucedinem non legi / Die tamen decimo tertio etiam incidit promotio Doctoralis in Facultate Iuridica / Perrexi iterum die decimo septimo, decimo octavo / Vigesimo et vigesimo primo propter tempestatem valde pluviosam non legi / Reliquis diebus ad finem mensis omnibus perrexi / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol.109
Zeitraum	10.11.1659–30.11.1659
Text	Anno 1659 a festo Michaelis / Mense Novembri / Legi die[bus] primo, tertio, quarto, octavo / Decimo propter Disputationem inauguralem medicam non legi / Perrexi autem statim die undecimo et reliquis usque ad finem mensis / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol.108
Zeitraum	30.11.1659
Text	Anno 1659 a festo Michaelis / Mense Decembri / Partim propter Disputationem inauguralem et promotionem in Facultate Medica, partim propter exercitium Anatomicum publice institutum, partim denique quod editionem alicuius scripti contra Iesuitam Erbermannum curarem non legi / Die tamen uno vigesimo nempe secundo legi et absolvi Controversias ad

	Sessionem VI. Synodi Tridentinae pertinentes / Proposui his mensibus has quaestiones 1. an sola fide in Christum iustificemur ? 2. quo modo sola fide iusti fecemur? 3. in quo consistet fides iustificans? 4. an fides iustificans differat a fide historica et miraculorum? 5) an homo fidelis sit certus de sua iustitia et perseverantia? 6) an homo iustificatus possit vere mereri vitam aeternam ? Disputationes conscripsi et publice habui duas / De deo uno et trino mense Novembri / De Pactis dei cum genere humano legali et Evangelico, mense Xbri / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol.107
Zeitraum	06.01.1660–24.06.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Iunio / Legi die primo, quarto, quinto, sexto, septimo / Festum Pentecostes / Post quod ad lectiones reversus die decimo nono perrexi die vigesimo primo et vigesimo secundo / Festum Iohannis / Proposui interea temporis questiones ad Sess. XIV et XXI Concil. Tridentini (1) an absolutio a pecactis [...] fit in coelo, sequatur demum absolutionem quam sacerdos peragit ? (2) an enumeratio delictorum mortalium cum circumstantiis etc. sit ad eorum remissionem iure divino necessaria ? (3) an remissa culpa, et poena aeterna, reservetur adhuc plerumque a Deo infligenda paenitenti poena temporalis proprie dicta? An Christus omnes, qui in sancta coena de sacro pane edunt, iusserit simul bibere de calice ? Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.106
Zeitraum	25.01.1660–31.01.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Ianuario / Reversus sum ad lectiones publicas die XXVIto / Perrexi die vigesimo septimo, trigesimo, trigesimo primo / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.101
Zeitraum	03.02.1660–28.02.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Februario / Legi die tertio, sexto, septimo, nono, decimo et decimo tertio / Decimo quarto per errorem horologii a lectione sum avocatus / Perrexi die decimo sexto, decimo septimo, vigesimo / Vigesimo primo propter nuptias, quibus interfui, cessavi / Perrexi iterum die vigesimo tertio, vigesimo quarto, vigesimo septimo et vigesimo octavo / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.102
Zeitraum	01.03.1660–31.03.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Martio / Legi die primo, secundo et sexto / Ex eo ad finem usque mensis morbus infanti, eumque secuta mors et exequiae, ut de animi conturbatione non dicam, reliquis hius mensis diebus studiae et lectiones mihi excusserunt / Proposui his mensibus ad Sess. VII Concil. Tridentini de Sacramentis et Sess. XIII de Eucharistia, Quaestiones septem / Disputatione publicas habui binas, de sacramentis, et de Fide Iustificante contra Iesuitam Cornaeum / Gerhardus Titius Doctor

Quelle	37 Alt 2493, fol.103
Zeitraum	05.04.1660–17.04.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Aprili / Praelegi die quinto et Sexto / Nonum et decimum, nundinae interceperunt / Perrexi iterum die duodecimo, decimo tertio, decimo sexto et decimo septimo / Festum Paschae / Proposui quaestiones duas ad Sess. XIII Concil. Tridentini adhuc pertinentes, de Cultu Christi sub sacris symbolis, et de aservatione Eucharistiae / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.104
Zeitraum	14.05.1660–31.05.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Maio / Finita venditione librorum publica quum sub auctione vocant, incepi rursus praelectiones die decimo quarto, et continuavi eas die decimo quinto, decimo septimo, decimo octavo, vigesimo primo, vigesimo secundo / Die vigesimo quarto propter tempestatem valde pluviosam non legi / Perrexi autem die sequente vigesimo quinto vigesimo octavo, vigesimo nono / Festum Ascensionis Domini / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.105
Zeitraum	25.06.1660–28.06.1660
Text	Anno Christi MDCLX / A festo Sancti Iohannis usque ad festum Michaelis / Mense Iunio / Legi die vigesimo quinto, vigesimo sexto, vigesiom octavo / Gehardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.107
Zeitraum	03.07.1660–31.07.1660
Text	Anno Christi MDCLX / A festo Sancti Iohannis usque ad festum Michaelis / Mense Iulio / Legi die tertio, quinto et sexto / Nono et decimo propter nundinas duodecimo propter mutationem ViceRectoratus non legi / Perrexi autem die decimo quarto, decimo sexto, decimo septimo, decimo nono, vigesimo, vigesimo tertio, vigesimo quarto, vigesimo quinto, vigesimo sexto, trigesimo, trigesimo primo / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.108
Zeitraum	01.08.1660–31.08.1660
Text	Anno Christi MDCLX / A festo Sancti Iohannis usque ad festum Michaelis / Mense Augusto / Legi die secundo et tertio, sexto, septimo, nono, decimo et decimotertio / decimo quarto pp. Disputat. inauguralem medicam / decimo quinto pp. Disputat. inauguralem iuridicam non legi / Perrexi autem die decimo sexto vigesimo, vigesimo primo, vigesimo tertio, et vigesimo quarto / Vigesimo septimo non legi, quod peregre abessem / Legi autem rursus die vigesimo octavo, trigesimo et trigesimo primo / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol. 109
Zeitraum	03.09.1660–29.09.1660
Text	Anno Christi MDCLX / A festo Sancti Iohannis usque ad festum Michaelis /

	Mense Septembri / Die tertio et quarto pp. nundinas non legi / Perrexi autem die sexto et septimo / Decimo propter morbum liberaorum [?] non legi, legi autem die undecimo / sequentibus binis diebus, decimo tertio et decimo quarto pp. Disputat. inaugurales iuridicas cessavi / Legi autem deinceps singulis diebus usque ad Festum Michaelis exceptis diebus vigesimo quinto et vigesimo septimo, quos binae iterum Dispp. iuridicae inaugurales exemerunt / Proposui et absolvi his mensibus has quaestiones (1) de Sacrificio Missae (2) de Missis solitariis (3) de Sacramento Ordinis Papistico (4) de discrimine episcoporum et Presbyterorum (5) de Sacramento Matrimonii (6) de vinculo Coniugii pp. adulterium dissolvendo (7) de Coniugio clericorum (8) de Purgatorio animarum post hanc vitam (9) de invocatione Sanctorum / Disputationes publicas tres habui (1) de Quatuor novissimis (2) de Sancta Eucharistia (3) de Minstris Ecclesiae / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.110
Zeitraum	01.10.1660–26.10.1660
Text	Anno 1660 a festo Michaelis usque ad exitum anni / Mense Octobri / Legi die primo / Secundo propter promotionem Doctoralem in Facult. Iuridica non legi / Perrexi autem die quarto, quinto, octavo, nono, decimo, undecimo / Decimo quinto pp. Orationem solennem in festo Academiae habitam, quae horam meam occupabat, cessavi / Perrexi iterum die decimo sexto, decimo octavo, decimo nono / Vigesimo secundo adventu amici impeditus non legi / Legi autem die vigesimo tertio / Diem vigesimum quintum exemit Disputatio inauguralis medica / Die vigesimo sexto absolvi Quaestiones ad Concil. Tridentinum / Ex quo per unam et alteram septimanam cessavi, meditationi novarum praelectionum incubens / Gerhardus Titius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.111, 112 (Dublette)

Zitierhinweis

Prof. Gerhard Titius. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: https://uni-helmstedt.hab.de/prof-223-titius [22.11.2026]